



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Defensio Abbatiæ Imperialis S. Maximini

Zyllesius, Nicolaus

Treveris, 1638

59. Iuramentum quod Abbas S. Maximini S. Sedi Apostolicæ præstat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14268

Continetur. Nos ad ea, quæ ad ea, quæ ad tuæ commoditatis augmentum cederet evalent, fauorabiliter intendentis, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, Tibi, ut à quoconque volueris Catholico Antistite gratiam & communionem Apostolice Sedis habente, munus benedictionis recipere valeas, ac eidem Antistiti, ut illud licet tibi impendere possit, concedimus per præsentes. Volumus autem, quod idem Antistes, qui tibi munus prædictum impendet, antequam illud tibi impendat, à te, nostro & Romanæ Ecclesiæ nomine, fidelitatis debita solitum recipiat iuramentum, iuxta formam, quam sub bullâ nostrâ mitimus introclusam, ac quod tu formam Iuramenti huiusmodi, quod præstabit nobis, de verbo ad verbum per tuas patentes litteras tuo sigillo munitas per proprium nuntium quantocutius destinare procures. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo, duodecimo Kl. Decembri, Pontificatus nostri anno quinto.

59.

Furamentum quod Abbas Sancti Maximini S. Sedi Apostolice præstat.

EGO Matthias à Sarburg Abbas Monasterij, Sedi Apostolice immedietè subiecti, Sancti Maximini prope & extra muros Treuirenses, ordinis Sancti Benedicti, ab hac horâ in antea fidelis & obediens ero Beato Petro, sanctaque Apostolice Romanæ Ecclesiæ ac Domino nostro, Domino Pio Papæ V. eiusque Successoribus canonice intrantibus; Non ero in consilio, consensu, vel facto, ut vitam perdant aut membrum, seu capiantur, aut in eos manus violenter quomodolibet ingerantur, vel iniuria aliquæ inferantur, quouis quæsito colore. Consilium verò, quod mihi credituri sunt per se, aut nuntios seu litteras, ad eorum damnum, me sciente, nemini pandam. Papatum Romanum, & Regalia Sancti Petri, Adiutor eis ero ad retinendum, & defendendum contra omnem hominem. Legatos Apostolice Sedis in eundo & redeundo honorifice tractabo, & in suis necessitatibus adiuuabo: Iura, honores, priuilegia & authoritatem Romanæ Ecclesiæ, Domini nostri Papæ & successorum prædictorum conferuare, defensidere, augere & promouere curabo. Nec ero in Consilio, facto, vel tractatu, in quibus contra ipsum Dominum nostrum, vel eandem Ecclesiam Romanam aliqua sinistra vel praetudicialia personæ, honoris, status, iuris & potestatis eorum machinentur. Et si talia à quibuscumque procurari novero, vel tractari, impediam hæc pro posse, & quantocutius potero, commode significabo eidem Domino nostro vel alteri, per quem ad ipsius notitiam poterit peruenire. Regulas Sanctorum Patrum, decreta, ordinationes, sententias, dispositiones, referuationes, prouisiones & mandata Apostolica totis viribus obseruabo, & faciam ab alijs obseruari. Hæreticos, schismaticos & rebelles Domino nostro & successoribus prædictis, pro posse persequar & impugnabo. Vocatus ad Synodum, veniam, nisi præpeditus fuero canonice præpeditione, possessiones vero ad Monasterium meum pertinentes non vendam, neque donabo, neque impignorabo, vel aliquo modo alienabo, etiam cum consensu Conuentus Monasterij mei, inconsulto Romano Pontifice, sic me Deus adiuet, & hæc sancta Dei Euangelia.

60 Pro